proditum video (1). Ad excidium usque Carrariensis Familiae ipsum Patavii moratum fuisse, exinde conjicere possumus, quod Anno MCCCCIV. in eadem Urbe Doctoralem Lauream est consequutus. In Tabulario Curiae Episcopalis Patavinae, uti ad me scripsit egregius Amicus, et vir doctissimus, Adamus Pivatus, inter Patavinae Urbis Pastores summe laudandus (2), haec olim adnotata leguntur: Die Jovis .v. Martii MCCCCIV. *Licentia privati examinis in Scientia Juris Canonici D. Petri Pauli de Verzeriis de Justinopoli sub Promotoribus suis Dominis Prosdocimo de Comitibus de Padua Juris utriusque, Francisco de Zabarellis Juris utriusque, & Joanne de Ubaldinis Abbate Monasterii Sanctae Mariae de Pratalea Dioeces. Paduanae.* Eodem die legitur *licentia privati Examinis in Scientiis Artium et Medicinae.* Septima vero die altera licentia *Examinis in Jure Civili* eidem Vergerio concessa. Tum memorata die Septima *Doctoratus* ejusdem in Scientiis supra laudatis (3). Locus tamen mirandi est, cur tam sero egregius iste vir Lauream acceperit, qui tanto antea tempore ingenio ac literariis foetibus claruerat. Obiisse illum tempore Concilii Basileensis in Hungaria testatur Aeneas Sylvius, & ex isto Jacobus Philippus Bergomensis in Supplement. Chronic. ad Annum MCCCCXXVIII (4). De eo multa cum laude loquuntur Raphaël

(1) Cf. *Homeri Poetarum Omnium Principis Ilias* ANDREA DIVO *Iustinopolitano interprete ad verbum translata,* Venetiis, MDXXXVII, a iij^{v}: « imitatus « videlicet maiores tuos inprimisque do- « ctissimum ac eloquentissimum virum « Petrum Paulum Vergerium, cuius tu « et nomen et virtutem refers. Fuit « autem ille vir clarissimum aetatis suae « lumen et ornamentum minime vul- « gare. Claruit in concilio Constantiensi « centesimum abhinc annum, liberalium « omnium disciplinarum bene peritus, « ut eius scripta, quae permulta edidit, « testantur. Pontificibus eius tempestatis « gratissimus fuit, itemque Sigismundo « Imp. apud quem etiam decessit, ut a « doctissimis viris proditum video ».

(2) L'abate Adamo Pivati, parroco di S. Giuliano a Padova, morì d'anni settantacinque nel 1748.

(3) Intorno ai gradi accademici del V. cf. l'epist. CV, p. 275, nota. L'equivoco in cui il Muratori è caduto riguardo all'anno, ch'è 1405 e non 1404, deriva probabilmente da ciò, che il volume della Curia vescovile di Padova, contenente l'elenco dei promossi, reca il titolo: Diversorum, 1404-5.

(4) Non avendo accessibile l'edizione del *Supplementi Chronicarum*, &c., stampata a Venezia nel 1486, citiamo quella del 1503, dove (p. 375) Iacopo Filippo da Bergamo così s'esprime: « Petrus « Paulus Vergerius Iustinopolitanus iu- « reconsultissimus philosophus ac ora- « tor disertissimus: necnon et graecis la- « tinisque litteris apprime eruditissimus: « chrisolarae bizantini philosophi audi- « tor: dudumque carrariensium princi- « pum admodum carissimus: per hoc « tempus praedictus virtutibus egregie « illustratus: magno habitus ab omnibus « fuit in precio. Qui cum esset eloquen- « tissimus: nonnulla edidit opuscula: ab « eruditis viris approbata: et inter alia « historiam satis elegantem de gestis « Carrariensium dominorum suorum: